

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1504

Autre(s) référence(s) : Fauroux 58 / Tabuteau 148

Auteur(s) : Richard III, Normandie (duc)

Bénéficiaire(s) : Adèle, Normandie (duchesse)

Genre d'acte : diplôme

Authenticité : non suspect

Datation : [1026, janvier-1027, janvier]

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Richard III constitue en douaire à son épouse Adèle : la ville et le comté de Coutances, sauf la terre de l'archevêque Robert ; les châteaux de Cherbourg, de L'Isle-Marie (« Holmus ») et de Brix ; Ver et Cérences sur la Sienne ; Agon, Valognes, l'abbaye (« abbatiam ») de Port-Bail sise sur la Gerfleur avec le port ; le « pagus » de Saire (« Sarnes ») avec le port de mer ; le « pagus Rosthelnensis » ; le « pagus Helgenes » ; le « pagus » de la Hague (« Haga ») avec les forêts et le port de mer ; le « pagus » de Bauplois (« Balteis ») ; Esclandes ; le domaine de Percy ; le domaine de Moyon ; le domaine d'Hambye ; dans le comté de Bayeux, le domaine de Caen, sur l'Orne, avec les églises, les vignes, les prés, les moulins, le marché et le port.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Huard George, *La Paroisse et l'église Saint-Pierre de Caen, des origines au milieu du XVIe siècle*, Caen/Rouen/Paris, Jouan et Bigot/Lestringant/A. Picard (MSAN ; 35), 1925 -1929, 2 vol., pièces justificatives, t. 2, p. III, n° 2.
- b. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 58, p. 180-182.

Dissertation critique

1026-1027. Janvier.

Texte établi d'après b

Ineffabilis Dei omnipotentis clementia non patiens manere imperfectum numerum angelorum apostate angeli prevaricatione imminutum, hominem ad imaginem et similitudinem suam factum disposuit tenere in superna felicitate locum quem angelus per superbiam lapsus reliquerat vacuum, cui homini ad propagandam posteritatis prolem, sociam ex proprio latere formavit mulierem quo et unitas in utroque maneret conditionis et duo in carne una jungerentur in propagine posteritatis. Hoc enim sic approbatur verbis divine legis : « propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori sue et erunt duo in carne una ». Unde patenter datur intelligi non quocumque modo vel fortuito quasi ex libero animi arbitrio mulierem sociandam esse viro, cum constet hoc ut semper legitime fiat, multiplici scripturarum divinarum approbatur et stabilitum testimonio. Nam ut Christus mundo manifestaret sacrum et sibi placitum esse legitimum conjugium nuptiarum, sua persona dignatus est sacrare convivium et miraculo potentie sue animos letificare convivantium ; cujus etiam conjugii copulam indissolubiliter volens utrisque viventibus permanere, ipse alias dicit : « Quod Deus conjunxit, homo non separet ». Nisi forte quod

evangelicis verbis traditur occurat rationabilis causa. Denique super hoc sic apostolus ait : « Viri, diligite uxores vestras sicut et Christus ecclesiam ». Hiis ergo et multis aliis dominicis preceptis habetur fixum viri et mulieris conjugium legitime in Domino semper celebrandum. Quibus, ego Richardus Nortmannorum dux, obtemperare contendens, accipio te D. Addella in conjugem legalis desponsationis annulo mihi in carnis unitate jungendam, non voluptatis exercende causa sed generande in obsequium Christi prout ipse disposuerit proles gratia, quod ut obtineam votis omnibus exopto divinitate propitia.

Concedo ergo tibi jure dotali de rebus proprietatis mee civitatem que appellatur Constancia cum comitatu, excepta terra R. archiepiscopi. Concedo etiam castella que ibi habentur, videlicet Carusburg cum eo quod dicitur Holmus et eo quod dicitur Brusco, cum iis que ad hec aspicere videntur. Concedo quoque curtem que dicitur Ver super fluvium Sane, cum silvis, terris cultis et incultis, et super eundem fluvium curtem que appellatur Cerencis. Concedo quoque curtem supra mare que dicitur Agons et eam que appellatur Valongias cum silvis, pratis, molendinis et omnibus appenditiis suis, abbatiam necnon que appellatur Port Bahil que sita est super aquam Jor fluctum cum portu et pagum qui dicitur Sarnes, cum aquis et portu maris, et pagum qui dicitur Haga cum silvis et portu maris. Concedo etiam pagum qui appellatur Balteis, cum aquis, terris cultis et incultis et cum eo qui dicitur Egglandes, cum aquis, piscatoriis, et curtem que dicitur Percey cum appenditiis suis, curtem denique que dicitur Moyon cum appenditiis suis que ad eam pertinent. Et in comitatu Baiocensi concedo villam que dicitur Cathim super fluvium Olne circumquaque cum ecclesiis, vineis, pratis, molendinis, cum foro, theloneo, et portu et omnibus appenditiis suis.

Hec omnia tibi habenda, sub nomine et lege dotis subnixa astipulatione, de rebus meis transfundo ut juxta nobilitatis tue lineam dotata indissolubili mihi jungaris amore conjugii et gaudeas nostre consors donationis hiis rebus suo jure tibi bene concessis, cujus cessionis dotalitio ut sibi convenientem firmitatis teneat vigorem manu propria subscripsi, addita autoritate mei nominis. Ego Richardus hoc dotalitium fieri jussi et confirmo. Datum mense Januario, anno Incarnationis Domini .MXXVI., indictione nona.